# XVI

C Olella auersan⁹ dixit mihi uerbis tuis eē tibi nōnullos codices & latinos & græcos: quos uēdere institueris. Quare si uellē aliquos ex ijs emere licere mihi p te: habeo tibi Leonarde mi gratias nō uulgaris: qđ eaꝝ mihi rerū optionē dederis: quarum me amātissimum nosti. At uellem profecto tibi cū tuo maximo & honore & emolumento sublata facultas esset alienandæ supellectilis tam præclaræ tam preciosæ. Id quod per uitam illius mei amicissimi Aurispæ: uiri optimi & grauissimi facile factū esset: si eū apud nos deus q̄ apud se agere maluisset. Sed qm̄ ea lege nati oēs sumus: ut naturæ tandem sit concedendum: æquo aio necessitatē feramus: oportet. Te aūt hortari nō desinam: ut cuius uiri gener simul & hæres relictus es: ei⁹ quoq; uirtutē singularemq; doctrinā hæreditario quodam & assiduo studio imiteris. Qđ eius rei quoniā nō ambigo strenue te diligenterq; curaturū: nō ero in præsentia tecū longior. De libris aūt qđ significas: paucis respondeo. Op⁹ est: ut librorū titulos mittas & qualitatē & precium. Id cū didicero: si libri placuerint: aut ipse ueniam: aut precium mittam. Vale cū sponsa & patre. Ex Mediolano. iiij. nonas Ianuarias. M. cccc. Lxi.

Franciscus Philelfus Nicodemo trācbedino sal.

G Audeo equidē uæhemēter ita res tibi secūdas esse: ut ne amicissimi quidē hoīs recorderis: q̄q̄ non parua est fœlicitatis pars uir amicus. Amicitia em̄ siue in animi: qđ philosophis placet: siue in extrarijs bonis ponenda sit: non minimū tenet in humana fœlicitate locum. Quare ut te aliquādo colligas: uolo. Meminerisq; i oi fortunæ statu ul' cōmodo ul' iucūditati amicū eē posse. Id si feceris: dabis ad me qn̄q; lr̄as quo me saltē tuæ læticiæ pticipē facias. Tu uero ne me cōtra existimes tui oblitū: accipies unam a me orōnē: quā nup habui ad comēses de dignitate episcopali: & de illoꝝ episcopo Laçaro scarāpo. Et ꝓ rei argumēto: & ꝓ hoīb⁹ habēda fuit oratio. Tu mihi feceris rē gratissimā: si quid noui significaris: qđ uel gratū sit: uel nostra intersit audire. Vale Ex Mediolano pridie idus Ianuarias.

Franci. Philel. Pallāti stroçæ equiti aurato sal.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0533
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG